pictores appenderint, sed stultus sum, qui ad pictores redeo,
quorum picturas mendaces vult adversarius, quia sunt rubro,
Tonsores interrogemus, respondebunt omnes, nullum se in huiusmodi
farinae viris pilum boni hominis reperisse, quia quanti, quanti
quanti sunt, toti toti rubri sunt, Illud porro plenis bucc:
cis, et maximis vocibus ab Adversario obijci audivi: David
Rex clementissimus rufus fuit; fuerit Rex optimus ruber, at Ver:
Rex clementissimus rufus fuit; fuerit Rex optimus ruber, at Vitellius illud portentum
rinus canis rubrius fuit ruber, at fuit Vitellius illud portentum
ruber, at fuit Judas ruber. Quod si invenitur adhuc quis=
piam qui rubros laude dignos arbitretur, si est, audiat quam sint
illis Regionibus exosi, quas maximis privilegijs divina clementia
voluit esse ornatas: Audiat in Africa, quae semper novi aliquid, pro
ber rufos, belit, multos esse, audiat ex Asia omnium divitiarum Matre
rufos expulare, audiat ab Hispania pacis militiaeque artibus longe
gloriosissima rubros ferri non posse, audiat denique portenti instar
esse, rufum quendam videri in illa totius orbis gloriosissima, invi:
ctissimaque Regina, unde tot infracti, et victores prodiere Su:
ces, unde tot artium studia, unde tot ingeniorum miracula, quae
Asiam, quae Africam, quae Europam suis armis subacta felicissime
rexit, ex qua quidquid natura unquam pulchri potuit fingere
prodijt, quae quidquid nulla unquam natio ausa est aggredi, est ag:
gressa, quidquid formidarunt reliqui populi edomuit, quidquid
edomuerant alij, superavit, quidquid superarunt alij sola trium:
phavit, quae denique victis, atque edomitis totius terrarum Orbis Na
tionibus trophaea erexit, gloriosissima, et caput militantis Ecclesiae
omnium felicissima, omnium sanctissima, omnium sola electa audire ~~meruit~~
meruit; Italiam dico, in qua tamen ita est novum ~~unde~~ quemdam

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 161r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/161r)